



Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 31. De 2. visione & reuelatione quam habuit de Passione Domini, in qua
fuit ei denunciatus & declaratus animæ eius acutissimus dolor, & etia[m]
quàm plures causæ ipsius doloris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

Trigesimum primum cap. De secunda
visione & reuelatione quam habuit
de Paſſione Domini, in qua fuit ei
denunciatus & declaratus animæ
eius acutissimus dolor, & etiam
quam plures cauſe ipsius doloris.

ALTERA vice fuit mihi de-
nunciatus ille dolor acu-
tus qui fuit in anima Chriſti, qui
dolor fuit tantus, quod cor non
ſufficit ad cogitandum, nec lin-
guia ad dicendum. Et quia in fi-
lio virginis vidi tantum dolorē,
anima mea facta eſt afflictissima
& in tantum dolorem transfor-
mata quod nunquam fui in tan-
to dolore, & ideò non poteram
inuenire aliquam lātitiam.

Anima autem mea tunc intel- Quare
ligebat multiplicem causam & dolor paſ-
ſionis
rationem, quare dolor ille fuit a- Christi
cutissimus. fuit tam-

Anima enim illa erat sine omni acutissim
ni peccato & sanctissima & pro ſe m̄ta.

136 *De secunda visione*
nullam debebat recipere puni-
tionem.

Item quia solum recipiebat ea
pro nostro grandissimo amore,
& pro nobis ingratiss & inimicis
& indignissimis, qui etiam dum
nos redimebat per passionem
ipsum deridebamus & subsan-
nabamus. Itē quia peccatum cru-
cifigentium fuit maximum, quia
anima illa quæ omne peccatum
odibat, & sibi displicebat, multū
doluit plus quam de alio pecca-
to. Item quia gentes erant mul-
tæ quæ istud peccatum fecerunt,
Gentiles enim, & Iudæi, & ferè
omnis orbis contra eum in die
festo fuerunt conuenientes,
quantum ad nationes, ideo do-
lor grandis. Item propter mali-
ciam suorum aduersariorum,
quorum tantum studium erat ad
destruendum eum, & memoriā
eius; & nomen eius, & electos
discipulos eius. Item quia com-
patiebatur discipulis à fide ca-
dentibus & persecutionem pro-

pter eum sustinentibus. Item cō-
patiebatur matri dolorissimæ.
Item quia fui dimissus in pœnis
sine adiutore, siue consolatore.
Item quia illa sanctissima & no-
bilissima anima recipiebat dolo-
rem ab omni parte & recipiebat
tristitiam & angustiam, & dolo-
rem de omnibus doloribus, &
pœnalitatibus quas recepit illud
sanctissimum corpus delicatum
virgineum, quæ omnia aduna-
bantur in vna sanctissima sola a-
nima eius, & multa alia quæ ostē-
debantur clarè mihi, quæ ego
nolo, nec possum dicere, vnde
extta me facta præ dolore trans-
formata fui in dolorem crucifi-
xi. Diuina autem misericordia
fecit mihi propter hæc gratiam:
primò, quia voluntatem meam
firmauit ita quod ego non pos-
sum velle nisi sicut ipse vult. Se-
cundò, quia ipse posuit animam
meam in uno statu, in quo reci-
pio modicas mutationes, & ha-
beo Deum in tanta plenitudine

quod iam non sum in illo statu,
in quo solebam, sed sum ducta in
summam cordis, & carnis, & mé-
ris pacem, & sum contenta de o-
mnibus.

*Trigesimum secundum capitulum. De
tertia visione & reuelatione quam
habuit de Passione Domini circa
affixionem clauorum in manibus
& pedibus eius. Et de consolatione
quaesimul ei data fuit.*

COGITABAM altera vice
de magno dolore, quem
Christus sustinuit in cruce, & co-
gitabam de illis clavis, de qui-
bus audiueram dici, quod clavi
illi de manibus & pedibus carné
portauerunt intus in ligno, &
desiderabam videre, vel saltem
illud parum de carne Christi,
quam clavi illi portauerunt in-
tus in ligno. Et tunc habui tan-
tum dolorem de illa pœna Chri-
sti, quod non potui stare in pedi-
bus. Sed inclinaui caput & sedi